

**C**ogita tuam ingratiitudinem et inaffectionem respectu desiderii antiquorum.  
**P**ertracta antiquorum desiderium. Mirare tuam et multorum circa hoc opus tepiditatem.

**D**e annunciatione domini. **Ca. xxix.**  
**A**ym premissas figur as implendi remisset plenitudo temporis et christi desiderium patrum implere placuisse et missus est angelus gabriel qui virginim nunciat et dominum incarnandum. Hic exulta iam patrum desideria et precedenter oracula impleri. Attende angelique reverentia ad mariam. Mirare dei humiliacionem. Considera virginis exaltationem. Nota marie humilitatem castitatem aliasque virtutes. Nota eiusdem iam leticiam exultacionem et iocundam deuociones. Nec obliuiscere ministerum quod exhibuit elizabeth.

**V**ita christi sub compendio usque

g. iii

ad cenam. Cap<sup>l</sup>. xxx.

**D**e hinc dei filii cuius magnitudo  
mis non est finis factus est pius  
infantulus. Cogita q̄ deus parvulus  
vagit et lacrimatus est in presepio.  
Attende hic paupertatem. Nota humili-  
tatem. Angelorum mirare concursum.  
Pastorum intuere excubias. Angelorum  
et pastorum ausculta colloquium.  
Vide ioseph stupentem. Aspice mariā  
iubilantem. Nota faciem et dispositiō-  
nem pulcherrimi pueri Sed et attende  
parvuli magnitudinem interiorem.  
Mirare sapientiam et reuerenter oscu-  
lare presepe pueri. Octaud die circu-  
ditur et Ihesus vocatur. Attende q̄  
sine peccato assūpsit peccati remedium.  
Compatere q̄ tam tener puer leditur  
et fundit p̄ te sanguinem. Considera  
quomodo lacrimat exterius interius  
homini cōpaciebatur. Cogita de vula

nomine ihesus . Sume exemplum teip  
sum circumcidendi . **II** Apparens deinde  
stella fulgida magos duxit ad christum  
**Cogita** magorum deuocōnem et sequē  
eos . et deuotissime offer cū eis christo  
quicquid habes id est animam tuam  
**Considera** quantā vilitatem et paup  
ratem magi inuenierunt nec christus  
aliter se disposuit ppter magorum ad  
uentum . **Nota** hic triplex testimoniū  
de christo nato . stelle . magorū . et iude  
orum . perhibentium testimoniū de  
christo ut ne vacilles in fide . **Maria**  
deinde christum obtulit et oblacōne  
pauperū redemit quasi primogenitū .  
**Cogita** marie . anne . simeonis . et io  
seph processionem . et deuotus occurre  
vel aspice . et attende dulce collo quiū  
et magnam deuocōnem . **Attende** xpī  
simul et marie matris humilitatem .

g. iii.

**¶** Christus adhuc piulus fugatus ab  
herode. Attende christi patientiam et  
disce pati. Sequere pegrinantes attē  
de colloquentes. in omnib⁹ disce pau  
pertatē et humilitatē. A duodecimo  
autē anno usq ad tricesimū ipse rex  
glorie i populo absconditus latitabat.  
non docebat nec mirabilia faciebat. si  
dum tam diu tacuit. tacendo maxime  
docuit et nihil faciendo maximū qd  
egit. docens te non cito ad docēdum  
surgere nisi sedēdo prius et humiliān  
do. Tricesimo vero anno a iohanne  
baptizatur. Cogita iohannīs reueren  
tiam q̄liter ad christi tactum tremuit  
Cogita christi humilitatē q̄ se iohannī  
subiecit. et omnē iusticiam id ē pfectā  
humilitatem impleuit. Nota qualiter  
hic se tota trinitas psonarū ostendit  
qualiter pater christū ad predicandū  
misit dicens ipsum audite &c.

**¶** De hinc quadraginta diebus et q  
draginta noctibus in heremo ieunias  
postea temptatur a sathanam. Cogita  
christi in heremo couersatione. quid  
ibi fecit. de deuota eius oracione et co  
templacione Nota ibi eius humilitatem  
quia fuit cum bestijs secundum Marcum.  
Cogita mirandam christi patientiam  
a demone portatur et sustinet Cogita  
qua sapienter sathanam restitit et tibi  
exemplum contulit resistendi. Mirare  
eius dignitatem. quia angeli ministra  
bant ei. Ex tunc quosdam abiectos  
elicens pescatores cum eisdem predicati  
onis gladio cepit totum munendum debel  
lare. Nota eius communem vitam cum  
apostolis Nota eius dulcem couersati  
onem. Considera secretum eorum collo  
qui in domo in via. Vide quomodo  
ipse inter eos est sicut qui ministrat.  
cum eis comedit una mensa et scutella.

non habet priuilegium τε Ex tunc  
deinceps visus est sup terram et cum  
homimbus cōuersatus. Siquidē inter  
homines ambulans et ubiqz verbum  
dei seminans multa miracula q̄ misi a  
deo fieri nō potuerunt fecit. cecis visū  
surdis auditum restituit. demones su  
gauit. leprosos mundauit. breuiter  
omnes sanauit et tot miracula fecit q̄  
vix scribi possunt. Orantibus peccata  
indulxit. Vbiqz p̄dicabat. Parabolas  
misticas p̄ponebat. in quaꝝ vna paſ  
torem se dixit ad ouem p̄ditam redu  
cendam aduenisse. Nota hic et atten  
de quomodo frequenter sequebatur  
christū multitudo maxima non nunq̄  
quatuor milia vel quinq̄ milia etiam  
vſqz ad heremū. Sequē et tu et esto  
circa ihesum vt verba eius audias. fa  
ciem christi et apostolorum inspicias  
et colloquia et miracula videas.

Volens autem hostiam offerre ppter  
quā venerat ut se agnum vñ pascha  
lem ostendet. quinta die ante pascha  
allatum a discipulis asellum celi terre  
qz domin⁹ ascendit. magnoqz trium  
pho et laudum pconns pueris hebre  
orum clamantibus osanna in excelsis  
ihesusalem sanctam ingreditur. Nota  
asinacōmis regis christi humilitatē.  
quomodo sedet quomodo ornatus qua  
lem habuit regiam familiam. Cerne  
ihesum ihesusalem cū appropinquaret  
et videret lacrimantem et deflentem  
magis autē animam peccatricem.

**D**e Cena dōmīni. **C**a. xxxi.

**Q**uoniam autē iam tps paciēdi eius in  
staret ipse q̄ suos semp dilererat  
vscg in finē dilexit eos. Siquidēz tran  
situs ex hoc mūndo cēnā fēcit magnā